In Allium Iambi pueri.

Meum dolore febris vritur caput,
Tremore membra palpitant reciproco:
Nec vlla cauſa quam ſciam huius eſt mali,
Niſi alliati amatus eſus anſeris.
Iuuabat anſer, at nocebat allium,
Nocens ſapore me fefellit illice.
In ægrimoniam iuit acrimonia.
Et inde ſole torrido pilæ vacans,
Mea ipſe tecta ſemi languidus petens
Diem ſopore diffidi inſititio,
Horatianus abdicator allij
Et exſecrator: attamen putaueram,
Quod artis ille Pergamenus autumat
Magiſter, eſſe verum, & allio boni
Ineſſe vim potentiámque pharmaci.
Sed artis huius eſt inanis exitus,
Et arguetur omnis Æſculapius.
Satis docebit iſtud vſus vnicus,
Nec iſta verba qui facit periculum
Refellet vllus, & cruore viperæ
Nocentiora non negabit allia.
Venena tetra, toxica efficacia
Poteſt comeſſe quiſquis allium poteſt.
Neceſſe Pſyllus atque Marſus vt fuat
Cui illa cordi amare amara: Vaſconum
Nimis nimiſque dura ſunt & ilia
Et ora, quîſque pœna credo, viuere eſt.

A *Satam Creonte pellicem Cytaïca*
Nurus liquore munerauit allij:
Ducémque pellis aureæ ante mancupem
Amore perdita vnguine hoc perunxerat.
Pice alliatus aut picatus allio
Charontis eſt faſelus: allio viret
Stygiſque ripa, Ditis & ſuburbium.
Seni cicuta dira ſorpta Socrati
B *Iubente iudice allio fuit lita,*
Merum vel allium, quod orbi Erinnydes
Dedere virus vt nefas foret bona
Deûm parentis ingredi ſacram dom m,
Forétque crimen allij eſus impium;
Quod expiare nulla ruta poſſiet,
Licet iuuare fama viperas ferat.

Πλὴν δικάζετε] Aliud voluit nempe ἐμποδίζετε, vel quid ſimile. Sanè Athenienſes notat vt liti-
C gium qui emant, vt ait ille, & ament forum, quos propterea in Veſparum fabula φιλοδίκους & φιληλιαστὰς ab Heliæa foro nominat. Ὑποχωρήσατε.] Erant enim Megarenſes παράλοι. Sed hîc innuit de nauali prælio quod contra Perſas habuerunt: Magna enim tunc temporis in mari fuit eorum potentia. Vult autem ſolos colonos & agricolas Pacem extrahere, quaſi loca maritima infeſta habeant itinera propter Piratas. Contrà fit in campis terreſtribus qui lætas ſegetes educere neque-
D unt niſi in alta Pace & rebus quietis. Propterea δημήτηρ, quæ eadem Terra eſt, legifera antiquis dicta à legibus quæ inter arma ſilent.

Κορωνὶς, καὶ εἴσθεσις κώλων η.

Χο. Ἄγε νυν, ἄγε πᾶς,
Καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν ἤδη ἐγγύς.
Μὴ νῦν ἀνῶμεν, ἀλλ' ἐπεν-
τείνωμεν ἀνδρικώτερον,
Ἤδη 'στὶ τοῦτ' ἐκεῖνο.
Ὦ εἶα νῦν, ὦ εἶα πᾶς,
Ὦ εἶα, ὦ εἶα, εἶα εἶα,
Ὦ εἶα, ὦ εἶα πᾶς.

Ch. *Age nunc, age quiſque:*
En expetit prope eſt, ellam.
E *Non iam remiſsione, ſed*
Intenſione magna opus:
En illud, en id ipſum.
O eia nunc, ô eia vos,
O eia, ô eia eia eia,
O eia, ô eia vos.

Σχόλια. Ἄγε νυν.] κορωνὶς καὶ εἴσθεσις χοροῦ μονοστροφικὴ κώλων η. ὧν τὸ μὲν α ἀναπαιστικὴ βάσις. τὸ β. γ. δ. ϛ. ἰαμβικὰ δίμετρα ἀκατάληκτα. τὸ ε. δίμετρον καταληκτικόν. τὸ ζ. παιωνικὸν τρίμετρον ὑπερκατάληκτον ἐκ παλιμβακχείων, καὶ κρητικῶν. τὸ η. δίμετρον ὑπερκατάληκτον ὅμοιον, ὑφ' ὃ κορωνίς.

Bisetvs. Ὁμοῦ 'στιν ἤδη ἐγγύς] ἤδη ἡ Εἰρήνη, ἣν ἀνέλκειν ἐθέλομεν, ἐστὶν ἐγγύς.

Σχόλια. Ὦ εἶα ὦ εἶα] ἀνειλκύσθη ἡ Εἰρήνη. οὕτω γὰρ εἰώθασιν οἱ ἐπιστατοῦντες ἐπέχειν τὴν ὁρμὴν τῶν ἑλκόντων.

Christ. Ἄγε νυν] Hæc Chori ingreſſio Monoſtrophica octo habere Cola dicitur à Scholiaſte. H c ſi ita eſt, hic verſ s diuidẽdus, vt prior ſit ἄγε νυν ἄγε πᾶς basis ſcilicet Anapæſtica. Secundus Dimeter ὅμοιος. Tertius, quartus & ſextus Iambici Dimetri: Quintus Dimeter ἐφθημιμερὴς ſimilis Anacreontico. Sextus Pæonicus Trimeter Hypercatalecticus ex Palimbachiis & Creticis. octauus dimeter Hypercatal. ſimilis. Sed in ſe-
F cundo verſu vbi habes ὁμοῦ ἤδη ἐγγὺς quia videtur Comicus vſurpaſſe ἓν διὰ δυοῖν (nam ὁμοῦ & ἐγγὺς eadem eſſe vel ex Menandro certum eſt, qui dixit ὁμοῦ δὲ τίκτειν παρθένος ἦν ἡ κόρη. Id eſt, Iámque appetente virgo partitudine Aderat. Audebam aliquando reponere ἤδη γῆς vt de Pace loquatur, & ſic eſſet Iambicus dimeter aliis tribus ſimilis. Sed hanc emendationem non auſim præſtare; imò vereor ne medicina vulnus
G faciat: Legendum autem ἐπεντείνωμεν per O magnum. Mox ἤδη 'στὶ, non autem ἤδη ἐστί. Ὦ εἶα.] Educta & viſa Pace hoc inquiunt: His autem verbis quaſi celeumate ſolebant magiſtri nautarum impetum inhibere trahentium.